Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26030
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mihi des consilium quid agere debeam. & ores pro me. nimis enim solli
citus sum & tribulor pro ista causa. Tunc austero uultu respiciens eum
antonius dixit. Tu pricis eum. Sed qui fecit eum. non pricit eum. Iactas
eum tu. sed suscitabit deus meliorem te & consolatur eum. Et silens
eulogius. pauefactus est. Item beatus antonius cepit uerbis asperio
ribus increpare leprosum illum. & clamans dicebat ei. leprose inue
terate dierum malorum. indigne celo & terra. non quiescis blasphe
mare dnm. Ignoras quia xpc est qui ministrat tibi. Quomodo audes ad
uersus xpm. talia loqui. Nunquid non propter xpm semetipsum seruum se ex
hibuit eulogius ad tuum ministerium. Increpans ergo & hunc reliquit.
Post hec coram omnibus dixit eis que expediebant eorum saluti anime.
admonens eulogium & lepsum ut non separarentur ab alterutro. sed
in cellam uram inquit pgite. incontinenti enim uisitabit uos dns.
Temptatio autem hec euenit quia utriq; circa finem estis. & corone
uobis preparantur. ne ueniens angls non inueniat uos in eodem
bono proposito. & pdatis mercedem boni operis. His auditis. cum
festinatione reuersi sunt ad propriam cellam. Et post qradragin
ta dies defunctus est eulogius. & post tres dies similiter requie
uit leprosus. Post aliquot autem dies chronicus de thebaida des
cendit in monasterium alexandrie. & inuenit quosdam fratres
tercium diem leprosi celebrare. quosdam autem quadragesimum
eulogii. Agnouit ergo chronicus & obstupuit. & accipiens euange
lium posuit in conuentu fraternitatis. & iurauit referens eis quo
modo omnia que euenerunt eulogio & leproso predixit beatus
antonius. Etiam hoc referebat nobis chronicus quia in nocte
illa dum uerbum dei prolixius doceret nos sanctus pater anto
nius & iam hoc intulit dicens. quia annum integrum oraui ut
reuelare mihi dignaretur p gratiam suam dignaretur domi
nus locum iustorum & peccatorum. & uidi excelsum quendam